



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis  
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de  
monte Carmelo**

**Trithemius, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1643**

Capvt I. De principio Ordinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)



7

## LIBER I.

IOANNIS TRITHEMII  
ABBATIS, DE ORTV ET  
Progressu Ordinis Fratrum  
Carmelitarum.

## CAPVT I.

*De principio Ordinis.*

**D**E Ordine Fratrum Beatissimæ DEI Genitricis & Virginis MARIAE de Monte Carmelo, auxiliante Domino, tractaturi, ab illo disserendi sumus ordinum, qui eiusdem Religionis obtinet principatum. Tunc enim iucunda poterit esse lectori sacratissimi Ordinis huius cognitio, si eum instituentis non lateat celsitudo. Enimvero singuli Ordines suos habent præceptores & principes, fundatores & viuendi sub regula moderatores. Alij Basilium sui Ordinis habuere principem, alij Augustinum, alij Pachomium, nos Benedictum, Prædicatores S. Dominicum, Fratres Minores Franciscum. At huius sacratissimi Ordinis institutor fuisse ELIAS Propheta maximus dicitur, *Elias fuit principes filij Prophetarum ex veteri Testamento dator est, memorantur, cuius propagator sanctus Propheta Elias extitit, quem sacratissima Dei Genitrix pagater Or Virgo MARIA suo vocabulo insignitum ab æmulo- di. Carm.*

A 4

rum

tum inuidia defendit. Qui gloriatur, in Domino glorietur, Ordinis sui Principes unusquisque imitari pro posse desideret, suos institutores moribus quisque sequatur, non friuolis sermonibus. Nemo in Ecclesia Dei de Ordinis sui excellentia contendat, nemo emulacionis studio alium prouocet, nemo alteri detrahatur, nemo famam alterius elationis malo corrumpat. Stultum est de alterius sanctitate gloriam querere, & de aliena potius quam sua virtute præmium exspectare. Sunt nonnulli bonorum studijs inuidi, qui sacrum Carmelitarum Ordinem impio dente corrodunt & lacerant, qui de prærogatiis virginis tituli plurimum indignantur, Carmelitas velut indignos iudicantes, qui *Fratres Beatissima Dei Genitricis & Matris* appellantur. Alij antiquitatem huius sacratissime Religionis ignorantes, Prophetas Dei summi illius negant Fundatores extitisse & Principes; tanquam apud veteres nulla fuerit Religio, quæ in posteros cum Ordinis nomine deriuetur. Et horum in primis fauente Virgine MARIA sermones obstruendi sunt; & sic demum ad laudem Ordinis continuanda oratio. Nisi enim in principio falsæ opiniones stultorum esse sentiant, semper nobis quasi quidam latrunculi parabunt insidias. Nunc ergo quid nobis stolidi laudator tui opponis? Quid Ordini sancto imponis? Quid habes contra Religionem hanc, vnde moueri queas? Profer, ut audiamus.

Putasne iuste indignaris Fratribus Carmelitis, fulmis Genitricis DEI MARIAE? Quid est, quod tibi in eorum Ordine displicet? GENVS, an SPECIES? NOMEN, an VIRTUS? VITA, an MERITVM? Si GENVS, audi Scripturam; Dei enim & genus sumus. Vos, inquit Archi apostolus, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Dei plantatio est, caue ne quid contra Sanctos aspere loquaris. Elegit sibi Deus Ordinem Carmelitarum ob suum Matrisq; honorem;

qui

*Act. 17.  
1, Pet. 2.*

qui tibi si displicet, omnipotentis ordinationem impugnas. Si SPECIES displicet, audi quid Dominus dicat: *Species agri mecum est.* Hic est ager, cui bene- *Psal. 49.*  
*dixit Dominus,* in quo crescunt virtutum lilia, & flores pietatis. Huic agro tam sancto, tam fructifero, tamq; Deo dilecto, nemo benedictus malè dicere potest. Si NOMEN virgineo tropheo splendidum displicet, stultus es; qui rerum maiestate posthabita de vocabulo altercaris. Nomen benedictum Carmelitæ possident, cui qui maledixerit, maledictionibus subiacebit. Si VIRTUS Fratrum ad emulacionem te permoquet, inuidus es, qui alterius bonitate torqueris. Denique, qui virtutem odit in proximo, iniuriam iniuriam facit Deo, qui merita largitur & præmia. facit Deo,  
 Si autem VITA Carmelitarum tibi displicet, dic quo- qui virtu-  
 rum? Quorundam, an omnium? Si omnium, teme- tē odit in  
 rarius es, qui tot Fratres una sententia condemnas, proximo,  
 à quorum sancta conuersatione tu quoque adhuc procul distas. Omnibus enim historias veterum le- *Ordo Car-*  
*gentibus perspicuum est, quam multi sanctissimi vi-* melitarū  
*ri in hoc Ordine claruerunt.* Nec dubium est hodie multos ha-  
 complures deuotissimos Fratres inueniri, qui Ordi- bet Sāctos.  
 nem istum suis virtutibus gloriofissime illustrant. Si  
 vero quorundam Fratrum infirmitas te scandalizat,  
 impius es; qui culpam paucorum diffundis in om-  
 nes, teq; longe à perfectione Sanctorum iacere in-  
 dicas, dum aliorum defectus impatienter portas.

Sed scio, quamobrem contra sanctum Ordinem Carmelitarum mouearis. Duo sunt, quæ tibi in eo Respondet displicant: quorum alterum est, quod se Fratres B. ad duas ca MARIÆ semper Virginis appellant: alterum, quod uillationes Eliam & filios Prophetarum Ordinis sui Fundatores cōtra Ord. & Principes prædicant. Hæc sunt capita partis ad- *Carm.*  
uersæ, hæc sunt fundamenta commotionis alienæ. Sed ô stulta humana conditionis præsumptio, quæ in suæ humilitatis consideratione non potest tranquilla consistere, sed semper nititur sui comparem emulacionis prauæ studio superare. Cur inuides

**Carmeli-** Fratribus Carmelitis Ordinis sui titulum, quem eis  
*& cur Fra* contulit *Regina cœlorum?* Enim uero, si Domina  
*tres B. Vir.* mundi le Carmelitis sororem exhibere voluit, quis  
*ginis di-*  
*cantur,* ei contradicere potest? An non licet ei quod vult  
*facere?* *An oculus tuus nequam est,* quia ipsa bona  
*est?* Noli turbari, noli irasci, noli frendere dentibus;  
*nemo Reginam cœli prohibere potest,* quo minus  
*Carmelitas suos Fratres appellat & Filios.* Non fri-  
*uola loquor, non falsa;* cum Summi Pontifices Ro-  
*mâni, Petri Successores, Carmelitas non aliter ap-  
 pellare consueuerint, quam *Fratres Dei Genitricis.*  
*Reuolue generalium Conciliorum acta, & Bullas*  
*Apostolicas, & nunquam præter honorem *Mariani**  
*tituli Carmelitas appellatos inuenies.* An hoc tibi  
*parum esse videtur, & maius à me testimonium re-  
 quiris?* Non est maius testimonium Ecclesiâ Dei,  
*quoniam quicquid approbauerit illa, alterius testi-  
 monio non amplius indigebit.* *Quod si te quoque*  
*huius excellentia tituli delectat, quid sanctis Fratri-  
 bus indignaris?**

Assume, ostenta, prædica: ipsi te minime prohi-  
 bebunt illæsi. Veruntamen scias, quoniam quicquid  
 assumitur, proprium non putatur. *Fac opera Sororis,*  
*& Frater eris.*

*Sanctissima etenim Dei Parens Virgo MARIA,*  
*communis Fidelium Mater est; nullum penitus a-  
 spernatur deuorum.* Age itaque, ut libet, soli Fra-  
*tres Carmelitici Ordinis hunc virginei patronatus*  
*titulum auctoritate vniuersalis Ecclesiæ meruerunt,*  
*quem nulla vñquam æmulatione amittent.* *Quam-  
 obrem vero Fratres B. MARI & semper Virginis ap-  
 pellati sint, suo loco consequenter tractabimus.* Ad  
*secundam calumniatoris positionem nunc respon-  
 dendum est, qua Fratres Carmelitas de ELIAE*  
*ac Prophetarum successione impru-  
 denter exasperat.*

\*\*\*

CAP. II.